



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Milites olim calceati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

98 De CALCEIS HEBRAOR.

ani dona sub armorum , quæ in  
usu erant illis temporibus , emble-  
mate describit . Arma varia dum  
recenset , etiam meminit calceo-  
rum , quibus pedes vult muniri .  
*Καὶ ναθησάμψοις, inquit, τὰς πόδας οἱ*  
*επομασία τὰ εὐαγγελία τῆς εἰρήνης.*

II. Inter arma , quibus instru-  
ctum hominem Christianum vult  
Apostolus , optime calceorum  
mentionem facit , ut muniti sint  
pedes . Negant quidem Icti cal-  
ceamenta armorum nomine conti-  
neri , uti notavit magnus noster  
Desiderius Erasmus : attamen ve-  
teres pedes calceis munivisse , mul-  
ta ostendunt . Apud Plautum  
cum Stasimus pugnandi ornamen-  
ta pararet , statim de calceis est  
sollicitus .

— *Quid ego nunc agam ?*  
*Nisi ut sarcinam constringam, & cly-*  
*peum ad dorsum accommodem :*  
*Fulmentas jubeam suppingi soccis : non*  
*fisti potest.*  
*Video caculam militarem me futurum*  
*haud longius.*

*Milites caligati sunt , optime nota-*  
vit vir illustris Hugo Grotius .  
Sane

Erasm. ad  
h.l.  
Plaut.  
Trin.  
Act. 3. Sc. 2

Grot. ad  
h.l.

L I B E R P R I M U S . 99

Sane nihil notius est quam olim  
milites caligas habuisse, quas  
*σγανωνκούς οὐσίδημα* Dio appellat:  
quod ipsum præter magnum Eras- Erasm. ad  
mum, Josephum Castalionem, Marc. 6. q.  
Lævinum Torrentium, Claudium Dec. 2.  
Salmasium, Benedictum Baldui- Observ.  
num, Albertum Rubenium, & cap. 4.  
complures alios viros eruditissi- Torrent. ad  
mos, peculiari dissertatione mul- Suet. Aug.  
tis & magnis rationibus addixit cap. 25.  
Julius Nigrinus. Ut non possim Galienum  
non vehementer mirari, virum cap. 16.  
clarissimum Johannem Michaelem Bald. de  
Dilherrum se huic sententiae op- cap. 13.  
posuisse, & caligam Wolfgangi Rub. de Re  
Lazii verbis explicasse, qui sic Vest. lib. 2.  
habet: *Caligæ paulo supra genua ex-* Dilher.  
*tentæ, braccis adligabantur, grega-* Disp. Tom.  
*riorum quondam militum præcipuum* I. Disp. 3.  
*genus vestimenti, quod hodie etiam* Lazius  
*aliqua ex parte manet: vulgo een* lib. 8. de  
strumpff: præsertim cum nullum Rep. Rom.  
idoneum adferat argumentum, quo cap. 13.  
ea opinio, jam dudum explosa,  
& vel in ipso Lazio à Nigrino  
damnata, stabiliatur, eamque vel  
inspecta caligarum forma confun-  
dat, quam ex columna Trajani &  
arcu Constantini, & nummis Ha-  
E 2 driani